Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36531
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad 20

inueniunt. Plus enim displicet qui quod habuit amisit quam qui quod non speraut
esequi non potuit. Non enim audtores legis iusti sunt apud dm sed factores legis
iustificabunt. Hoc dicit quia non hi sunt iusti quia audiunt legem sed quia credunt
in xpo que lex pmisit. & hoc est facere legem. Omnis autem non facit legem qui non
credit legi. dum non recipit eum lex testimoniu phibet ut quia in lege non uideatur
esse quia incircumcisus est carne. credit autem in xpo hoc fecisse legem dicat. Et ille
qui se dicit in lege esse id est iudeus auditor legis non factor. quia non credit
xpm scriptum in lege sicut dicit philippus ad nathanahel. Quem scripsit
moyses in lege & pphe inuenimus ihm. Cum enim gentes que legem non habent
naturaliter que legis sunt faciunt. Gentes xpianos dicit qui incircumcisi. neq;
neomenias. neq; sabbatum. neq; escarum legem seruant. & diligunt legem naturae.
credunt in dm & xpm. id est in patrem & filium. Hoc enim est legem seruare. dm
legis agnoscere. Prima enim sapientie pars hec est timere dm patrem ex quo
sunt omnia. & dnm ihm filium ei per quem sunt omnia. Ipsa quoque natura pprio iudicio
creatorem suum agnoscit non per legem sed per rationem facturem. Opus enim. opificem
cernit in sese. Hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus le
gis scriptum in cordib suis. Idem sensus est quia dum naturam diligunt le
gis scriptis credunt opus legis ostendunt non per naturam. Opus autem legis est
fides. quam cum dictis ex do naturali iudicio ostendit. ipsam sibi legem esse
facit. quia quod mandat lex ultro facit. ut credat in xpo. Testimonium red
dente illis escientia ipsorum. Teste escientia sua credunt. Conuenit enim
creature. credere & uenerari suum creatorem. nec absurdum ut seruus
cognoscat suum dnm. In rogationib inuicem accusantib. aut etiam defen
dentib. in die quo iudicabit ds occulta hominum. secm euglm meum per ihm
xpm dnm nrm. Quo iudeos diffidentes per legem dicit iudicare fore. Lex
enim illos accusabit que xpm illis pmisit. que uenienti recipere noluerunt.
Gentes autem que legem utrq; non habent per escientiam iudicabunt si credere
noluerint. Primum quidem accusatores sunt credentes non credentium. sicut
iudeis non credentib; dns de disceptis suis ait. Ipsi iudices uiri erunt. quia
pfidia iudeorum iudicabit fide aplorum. qui cum ex ipsis essent crediderunt
illis diffidentib. Deinde cogitationib; suis accusabunt gentiles. si com
puncti creatoris fide & uirtute credere noluerint. aut si stupore quodam
non compungant. quis uerbis dnicis defendat se escientia in die iudicii.
quia non cogitauit quia deberet credere. & iudicetur non quasi malignus sed
quasi ignorans. non tamen sine pena futurus. quia non licet ignorare. Hoc
modo iudicabunt occulta hominum in die iudicii di. per ihm xpm dnm nrm.
Si autem tu iudeus cognominaris. Cognomen iudeis est qui ex prerogatiua